

dura; e puedele poner pena por ello (6) el Rey, segun su aluedrio (a), si el acusado se fuere.

(a) El Rey no puede administrar justicia, como hemos observado en la nota 2.^a á la L. 4 de este mismo título; y así el juez en tal caso será castigado por el tribunal superior, y no segun su albedrio, conforme á lo dispuesto en el Código penal de 1848. Véanse principalmente sus artículos 264, 269, 286 y 304.

LEX X.—Si captum pro crimine, quod pœnam corporis non irrogat, iudex dederit fidejussoribus de representando eum promittentibus, et stando juri sub aliqua pœna certa; illam solvent fidejussores, si captum non representent. Et si pœna non apponitur, statur consuetudini quantum solvant; quòd si nulla est consuetudo, iudicis arbitrio taxatur; sed fidejussor non potest ob hoc corporaliter puniri, licet reus puniatur. Hoc dicit.

(1) *Sobre fadores.* Quod fit, quando non imponitur pro crimine pœna corporalis, ut supra eod. in rubric. et dixi in l. 16. tit. 1. ead. *Partit.* licet tamen non pœna corporalis, sed pecuniaria veniat imponenda, si accusatus, vel inquisitus confitetur crimen, non est relaxandus fidejussoribus; imò detinendus, et statim condemnandus. l. *si confessus*, D. de custod. reor. et l. *si quis*, C. eod. et quando relaxatur, cum negat, tenentur fidejussores eum representare, quòd cumque persona ejus erit necessaria, ut si iudex velit eum interrogare vel torquere; et si pœna sit arbitraria, tunc consideratur qualitas criminis, et consuetudo fori: unde si verisimile sit, quòd pœna erit corporalis, tunc idem quod de corporali erit dicendum; si verò talis pœna arbitraria solet esse pecuniaria, idem est, quod de pecuniaria ordinaria, secundum Bald. in l. 2. C. de exhibend. reis. Et an fidejussor de iudicio sisti pro vulnere, seu accusatione vulneris, teneatur, si de vulnere postea sequatur mors? Vide Bartolum distinguentem in l. *fidejussores magistratum*, D. de fidejuss. et Lucam de Penna in l. *si quis decurio*, C. de Decurion. lib. 10. referentem disputationem Jacobi de Bello Viso in l. *sancimus*, C. de fidejuss. cuius resolutio est, quòd, aut accusatio fuit simpliciter de vulnere instituta, et fidejussores non tenentur morte sequuta ex vulnere; si verò in accusatione de vulnere mortifero agitur, est, et tunc si mortuo vulnerator petatur legitime vulnerantem de occiso puniri, et tenebuntur fidejussores ex fidejussione; si autem à nemine hoc petatur, dicit, ad hoc eos non teneri, cum neque reus teneatur, cum deficiat accusator, D. de muneribus et honoribus. l. *rescripto*, §. *si quis accusatorem*.

(2) *Pena.* Concordat cum l. *si quis reus*, D. eod. et cum dictis Azon. C. eod. in summa, ad fin. vers. *damnatur autem fidejussor*. Quid autem si fidejussor promittit sistere reum sub pœna mille marcharum auri, utrum possit tanta quantitas pœnæ imponi? Bald. quod sic, in l. *qui crimen*, C. qui accus. non poss. col. 5. et ibi respondet ad taxationem l. *eos*, C. de modo mulctar. de qua per Gloss. et Bart. in dict. l. *si quis reum*.

(3) *Si non aduxerit.* Et compellitur ad adducendum, et in exactione pœnæ iudicis officio, secundum Bart. in dict. l. *si quis reum*, in fin. proceditur sine libello, et ordine judiciario, quia contractus factus in iudicio habet vim confessionis, l. *tale pactum*, §. *qui provocavit*, D. de pact. et quia fit ad expeditionem litis, unde non debet operari novam litem, l. *terminato*, C. de fructibus et lit. expens. secundum Bald. in l. *qui crimen*, col. 2. C. qui accus. non poss. ubi et dicit, quod ex contractu iudiciali oritur officium iudicis, in quo proceditur executivè, et potest etiam iudex procedere nemine petente. Vide ibi, et si fidejussor representavit principalem, et ille fugit de carcere, non tenetur fidejussor amplius ad sistendum, Bald. ibi, col. 5. vers. 10. *queritur*, de quo tamen vide latius per Lucam de Penna in l. *si quis decurio*, C. de Decurion. lib. 10. ex cuius dictis limitat hoc nisi in instrumento fidejussionis caveretur de representando toties, quoties iudici videbitur: et vide etiam ad prædicta Joan. And. in addition. ad Speculat. tit. de accusator. §. *sequitur videre de contumacia accusati*, in verbo *exceptis*. Quid autem si fidejussor velit in se assumere onus defendendi reum, vide per Specul. tit. de accusat. §. *sequitur*, post vers. *sed si dedit*, et vide quæ dixi in l. 18. tit. 12. *Partit.* 5.

(4) *De pecho.* Adde l. 2. §. fin. D. qui satis cogant. et cap. cum homo, 23. quæst. 5. ubi Glossa; nam nunquam pro sola contumacia potest imponi pœna corporalis, ut hic, et Gloss. 3. quæst. 1. in sum-

ma, nisi in casu l. *qui cum uno*, §. *qui post*, D. de re milit. secundum Bald. in dict. l. *qui crimen*, col. 2.

(5) *Pena en el cuerpo.* Vide Gloss. in dict. cap. cum homo, et per Cynum in l. *ad commentariensem*, C. de custod. reor. et videtur velle hæc lex quòd neque si dolo non exhibeat, non puniatur corporaliter, cum ita generaliter loquatur; sed in l. *si quis reum*, unde sumpta est, dicitur, quòd si dolo non exhibeat, extra ordinem puniatur, et sic arbitrio iudicis: vel dic. quod ista lex supleatur et limitetur per illam, ut si dolo non exhibeat, possit fidejussor fastigiari vel relegari, aut acrius puniri, ut declarat Speculat. tit. de accusat. §. *sequitur*, vers. *sed si dedit*. et Angel. in dict. l. *si quis reum*. Quid tamen si de consuetudine in aliquibus locis servaretur, quòd fidejussor teneatur ad pœnam corporalem, si ad eam se obligavit? Dicit Bald. de pace Const. in vers. *damna*, in fin. quòd valeret talis consuetudo, quia consuetudo habet potestatem in sanguine hominis, l. *saccularii*, §. *sunt quedam*, D. de extraord. crimin. Et quid si fidejussor carcerati se obligat ad custodiendum, et ad pœnam commentariensis? Vide per Salicetum in l. *ad commentariensem*, C. eod. quòd tunc tenebitur eadem pœna, qua teneretur custos carceris. Vide ibi per eum ponentem formam, ut iudex dicat, quòd tradit eum fidejussoribus ut iudicis custodiatur.

(6) *Pena por ello.* Nam posset iudex tali casu pati pœnam corporalem, à qua ipse per dationem fidejussoribus liberasset malitiosè, vel iata culpa reum, ex his quæ dixi in l. 23. tit. 22. *Partit.* 3. et facit l. 12. in princ. infra, eod. ad id quòd dixi de lata culpa, et quæ notat Angelus in l. *militis*, D. de custod. reor.

LEY XI.—Que pena merecen los guardadores de los presos, si los fizieren mal, o deshonrra, por malquerencia que les ayan, o por algo que les prometan (a).

Mueuense los omes a buscar mal los vnos a los otros, por malquerencia que han entre si: e esto fazen algunos a las vededas contra aquellos que son presos, dando algo encubiertamente a aquellos que los han en guarda, porque les den mal a comer, o a beber, e que les den malas prisiones, e que les fagan mal en otras maneras muchas (b); e los que desto se trabajan, tenemos, que fazen muy grand yerro, e toman mala vengança sin razon. Ca la carcel deve ser para guardar (1) los presos, e non para fazerles enemiga, nin otro mal, nin darles pena en ella. E porende mandamos, e defendemos, que ningun carcelero, nin otro ome que tenga presos en guarda, que non sea osado de fazer tal crueldad como esta, por precio que le den, nin por ruego que le fagan, nin por malquerencia que aya contra los presos, nin por amor que aya a los que los fizieron prender, nin por otra manera que pueda ser. Ca assaz abonda de ser presos, e encarcelados, e recibir, quando sean juzgados, la pena que merecieren, segun mandan las leyes. E si algun carcelero, o guardador de presos, maliciosamente se mouiere a fazer contra lo que en esta ley es escrito, el Judgador del lugar lo deve fazer matar (c) (2) por ello: e si fuere negligente en non querer escarmentar atal ome como este, deve ser tollido del officio (d), como ome mal enfamado, e recibir pena porende, segund el Rey (e) tuuiere por bien. E los otros que fazen fazer estas cosas a los carceleros, deuenles dar pena segund su aluedrio (f).

(a) LL. 6 y 12, tit. 38, lib. 12 de la N. R.

(b) El que hace estas dâdivas incurre en las penas que determina el art. 307 del Código penal de 1848.

(c) Esta desproporcionada pena hace mucho tiempo que cayó en desuso, y hoy se halla abolida por el art. 494 del Código (hoy art. 496 segun el R. D. de 21 de setiembre de 1848); y así las penas que hoy corresponden son particularmente las estableci-

das en el art. 286, núm. 3 del art. 187, y artículos 304, 305, 306, 307 y 308 del Código penal mencionado.

(d) (e) El Rey no puede administrar justicia (véase nuestra nota 2.^a á la L. 52, tit. 18, P. 3), y así el juez en este caso será castigado por el tribunal superior con la pena de inhabilitacion perpetua especial, que es la señalada en el art. 264 del Código.

(f) Ya no procede la aplicacion de penas discrecionales ó arbitrarias, pues segun el art. 49 del Código «no será castigado ningun delito ni falta con pena que no se halle establecida por la ley con anterioridad á su perpetracion», y así nos referimos á lo que dejamos expuesto en la nota segunda.

LEX XI.—Custos carceris non exerceat contra captos carceris asperitatem seu crudelitatem in comedendo, vel bibendo, aut immoderatis captiõibus eos opprimendo; aliàs iudex loci eum capite puniat; et si negligens fuerit, privabitur ab officio, et ut homo malè infamatus, Regis arbitrio punietur. Hoc dicit.

(1) *Para guardar.* Carcer est ad custodiam, non ad pœnam, ut hic et in l. *aut damnum*, §. *solent*, D. de pœnis, et cap. *quamvis*, de pœnis, lib. 6.

(2) *Matar.* Adde l. 1. in fin. C. de custod. reor.

LEY XII.—Que pena merecen los guardadores de los presos, si se fuere alguno dellos (a).

En cinco maneras podria acaecer que los presos se yrián de la carcel, por que se embargaria la justicia, que se non podria cumplir en ellos. La primera es, quando fuyessen por muy grand culpa (1), o por engaño de los que los oujessen en guarda. Ca, en tal caso como este, deuen recibir los guardadores aquella mesma pena (2) que deuián sufrir los presos (b). La segunda es, quando fuyen los presos por negligencia (3) de los guardadores, en que non ay mezclado engaño ninguno. Esto seria, si los guardassen a buena fe, mas non con tan gran acucia como deuen; e en tal caso como este deuen ser tollidos del officio los guardadores, e castigados (4) de feridas, de guisa que non pierdan los cuerpos, nin miembro ninguno: porque los otros que pusieren en su lugar, sean escarmentados porende, e metan mayor acucia en guardar los otros presos, que tuuieren en guarda (c). La tercera es, quando fuyen los presos por ocasion (5), e non por culpa, nin por engaño de los guardadores; e en tal caso como este non deuen recibir pena ninguna, si prouaren la ocasion, e que non auino por su culpa (d). La quarta es, quando los guardadores dexan yr los presos que han en guarda, por piedad que han dellos; e en tal caso como este, si el preso que se fuere, fuere ome vil (6), o era pariente, o cercano de aquel que lo dexa yr, estonce el carcelero deve ser tollido del officio, e castigado de feridas, segun diximos de suso. Mas si tal ome non fuesse, deve auer pena segun aluedrio del Juez (e). La quinta manera es, quando el preso se mata el mismo estando en la prision, o despeñándose, o friendose, o degollándose; e en tal caso como este non deve el que guardaua el preso fincar sin pena (7), porque si fuesse guardado acuciosamente, non se podria assi matar. E porende deve ser tirado del officio, e castigado de feridas, assi como sobredicho es (f). E si por aventura, el guardador matasse al preso (8) que tuuiesse en guarda, o le diesse a sabiendas breuaje (9), o otra cosa con que se matasse el mismo, el que esto fiziesse, deve morir por-

ende (g). Mas si el preso se muriesse por ocasion, o por enfermedad, estonce los que lo guardan non deuen auer pena ninguna; pero ante que lo saquen de la carcel, deuenlo fazer saber al Rey, o al Juez (10) (h) que lo fizo prender; porque non pueda y ser fecho engaño.

(a) LL. 17 y 18, tit. 38, lib. 12 de la N. R.

(b) Hoy deben imponerse las penas establecidas en el cap. 2, tit. 8, lib. 2 del Código penal de 1848.

(c) En este caso juzgamos que corresponde la aplicacion de lo dispuesto en el tit. 15, lib. 2 del Código penal, ó en el art. 480, núm. 7 del mismo Código (hoy art. 483, núm. 5 conforme al R. D. de 21 de setiembre de 1848), segun las circunstancias.

(d) Nadie puede ser responsable de un caso fortuito.

(e) Habrá imprudencia temeraria y procederá la aplicacion de lo dispuesto en el tit. 15 del Código que dejamos citado en la nota 3.^a

(f) La ley hace responsable al alcaide ó carceleros cuando un preso se suicida despeñándose, hiriéndose ó degollándose, y lo mismo debe entenderse si lo verifica de otro modo que pueda impedirse. Este es uno de los objetos con que se practica la *requisa* por los carceleros, en la cual deben proceder con esmero. En caso contrario la omision podrá calificarse á nuestro juicio de imprudencia ó negligencia, y procederá hoy la aplicacion de lo dispuesto en el título 15 del Código, que hemos citado en la nota 3.^a á esta misma ley.

(g) El art. 326 del Código novísimo castiga con la pena de prision mayor al que presta auxilio á otro para que se suicide, y si lo presta hasta el punto de ejecutar él mismo la muerte, lo castiga con la reclusion temporal en su grado mínimo. Véase tambien el art. 70 del Código.

(h) Hoy solamente al juez; el Rey no puede administrar justicia. Véase nuestra nota 2.^a á la L. 52, tit. 18, P. 3.

LEX XII.—Si culpa lata vel dolo custodis fugiat captus à carcere, puniatur eadem pœna custos, qua puniendus erat captus; si autem negligentia custodis sine dolo, officio privatur, et corporaliter citra membri læsionem castigabitur; si verò casu fugiat, probato casu non punietur: sed si pietate eum fugere permittat, si captus erat vilis, vel custodis propinquus consanguineus, puniatur sicut de negligentia; si aliàs, arbitrio iudicis punietur: idem si captus se præcipitet, vel se occidat: sed si custos eum occidit, aut cum quo se occidat det, capite puniatur; si verò occasione aut infirmitate decedat non puniatur; sed antequam à carcere educatur, notificetur iudici ne fraus fiat. Hoc dicit.

(1) *Por muy gran culpa.* Adde l. *militis*, D. eod.

(2) *Aquella mesma pena.* Adde l. fin. D. eod. et l. *ad commentariensem*, C. eod. et l. *militis*, D. eod. et l. 12. tit. 14. lib. 2. *Ordinam.* cum l. sequenti, et licet contra fractorem carcerum inducatur quedam ficta confessio, tamen contra custodem debet aliter probari, l. *non est dubium*, D. eod. Bald. in dict. l. *ad commentariensem*: ficta enim confessio personam non egreditur: vide per Bart. in l. *cum filiusfamilias*, in fin. princ. D. de verbis obligat.

(3) *Por negligencia.* Quæ in dubio præsumitur contra custodem, ut vult Gloss. in l. fin. D. eod. et Bald. in l. 1. fin. D. de servis fugit. si tamen custos reum vinculaturn detinet, dicitur diligenter custodire, glossa notabilis in dict. l. 1. §. fin. et ibi Bald. Aug. in l. *militis*, C. de custod. reor. tradit latè Paris de Puteo in suo tractat. *syndicatus*, fol. 50. vers. *an si plures*, per totam chartam. Joan. de Plat. in l. *nemo carcerem*, col. 5. C. de exactor. tribut. lib. 10. ubi et dicit quòd excusatur ille, qui non adhibuit custodiam tam diligenter erga eum, qui erat de proximo liberandus; et vide etiam Angel. Aretin. in parte *fama publica*, 17. col. et vide ad istam legem l. 12. tit. 14. lib. 2. *Ordinam. Regal.*

(4) *E castigados.* Nota benè, quia melius declaratur hic, quàm in l. fin. D. eod. de qua ista sumpta est. Vide hodie l. 12. tit. 14. lib. 2. *Ordinam. Regal.* quæ vult isto casu aliter puniri, scilicet, ut stet in carceribus per annum vinculaturn, quòd et Paris ubi supra, dicit etiam disponi per quamdam constitutionem regni Neapolis. Et spe-

caie est in custode carceris, quòd etiam pro levissima culpa puniatur criminaliter, secundum Bald. in l. *si ejus*, §. *denique*, D. *de usufruct*, aliàs incipit l. *denique consulens*; non tamen credo, quòd illa pœna carceris per annum hodie practicetur in regno in custode.

(3) *Por ocasion*. Id est, casu fortuito, et concordat cum l. *militis*, D. eod. et vide quæ in hoc notanter tradit Paris ubi supra, ubi et tradit, quid si consanguinei carcerati intra lignum perforatum vel intra pannelos soturales, aut zoculos, vel intra unam tabulam pro cubili sternando, vel pro igne faciendo ferrum imposuerunt, quòd cogitari non poterat, cum quo catenas limavit; et dicit tunc certè esse sine dolo et culpa custodis, licet soleat provideri secundum cum ferulum panis, vas vino plenum, pecia casei, et similia, quæ incidi solent.

(6) *Ome vil*. Fortè hoc, quia præsumitur cessare corruptio per pretium in custode, et adde l. fin. D. eod. et fortè procedet, quando misericordia ducti minorem in custodiendo diligentiam adhibeat; nam si dolo eos dimitteret, ut fugerent, tunc videtur quòd puniretur, ut in primo casu hujus legis, et probari videtur in dict. l. fin. et l. *militis*, D. eod.

(7) *Sin pena*. Adde l. fin. D. eod. et l. *carceri*, et moris est secundum Angel. in dict. l. *carceri*, ut custodes carceris quotidie scruterentur de veneno, vel ferro.

(8) *Matasse al preso*. Adde dict. l. fin.

(9) *Brenaje*. Adde l. *carceri*, D. eod.

(10) *Al juez*. Ut testationibus hoc probetur, et sic custodibus venia detur, ut in dict. l. D. eod.

LEY XIII.—Que pena deuen auer los presos, que quebrantan la carcel, o la prision en que estan (a).

Acordandose (1) todos los presos que yoguiesen en vna carcel, o en vna prision (2), de quebrantar aquel lugar do los guardassen, e se fuessen (3) todos, o la mayor parte (4) dellos, sin sabiduria de los guardadores (5); si despues desso fueren todos presos, o alguno dellos, tambien deuen los Judgadores justiciar aquellos que despues desso prendieren, como si les fuesse pro-uado el yerro sobre que los tenian presos. Ca semeja que se dan por fechores (6) de los yerros de que eran acusados, porque ante que los judguen, se acuerdan assi en vno a fuyr. Mas si por auentura non fuyessen todos, mas algunos dellos (7) e despues fueren presos otra vez, deuenlos meter en mas fuertes prisiones; e aun demas desto, deueles el Judgador dar alguna pena porende, segun su aluedrio (8) (b).

(a) L. 17, tit. 38, lib. 12 de la N. R.

(b) El Código penal de 1848 nada dice de la simple fuga de los presos, considerando sin duda que la responsabilidad debe ser de los alcaides ó carceleros, siendo cosa natural que el hombre privado de su libertad haga esfuerzos para obtenerla.

LEY XIII.—Si capti deliberatè fugerunt, omnes aut major pars, custodibus ignorantibus, postea capti, ut convicti iudicantur; præsumitur enim delicti reus, qui prædicto modo fugerit; sed si aliqui eorum fugerint, postea capti, strictioribus vinculis adstringantur, et aliqua pœna arbitraria eis infligatur. Hoc dicit.

(1) *Acordandose*. Ex ista verbo, et cum inferius dicit *quebrantar*, videtur quòd sola conspiratio sine fractura carceris, seu vinculorum, vel sola fractura sine conspiratione non sufficeret, ut fugiens à carcere haberetur pro confesso in crimine, pro quo erat carceratus; et idem videtur probari in l. *in eos*, D. *de custod. reor.* de qua ista sumpta est. L. tamen *militis agrum*, §. *ejus fugam*, vers. *eum tamen*, D. *de re milit.* vult quòd fractio tantum sufficiat, et idem vult Bald. 5. volum. consil. 52. incipit *primus articulus in nova impressione*, ibi cum dicit, aut detinetur pro inquisitione specialis criminis, et tunc aut fugit cum fractione, vel conspiratione, et loquitur l. *in eos*, etc. et idem velle videtur Bartolus in dict. l. *in eos*, ut Angelus Aret. in tract. *malefic.* in parte *fama publica*, col. 17. videtur dicen-

dum, quòd sola fractio sine conspiratione no sufficeret, per istam legem et dictam l. *in eos*, et ad dictum §. *ejus fugam*, potest responderi, ut intelligatur quando præcesit conspiratio, vel si non præcesit, quòd sit ille specialis casus in milite frangente carcerem, ut puniatur, ut desertor militiæ; et adverte, quòd sola conspiratione, etsi non sit perfectum flagitium fugæ, et fractionis carceris, sufficere videtur ad istam fictam confessionem, et ita voluit Alberic. et Angel. in dict. l. *in eos*, per illum textum. Ista tamen l. videtur velle contrarium, cum dicit: *e se fuessen*, etc. sed cum postea in ratione ibi, *ca semeja*, tantum se fundat ad inducendam istam fictam confessionem in conspiratione; potest etiam induci ad id, quod Albericus, et Angelus dicunt per dictam l. *in eos*: vel dic, quòd, aut tractatur de imponenda pœna propter fractionem carceris, non habito respectu ad crimen, pro quo custodiuntur, et isto casu sufficit sola effractio, vel conspiratio, ut probatur in l. 1. D. *de effractor.* ibi: « Saturninus etiam probat, eos qui de carcere eruperunt, sive effractis foribus, sive conspiratione cum cæteris, qui in eadem custodia erunt capite puniendos, » et quòd ita intelligatur textus in dict. l. *militis agrum*, vers. *eum tamen*: si verò habeatur respectus ad fictam confessionem maleficii, propter fugam carceris, et quòd tunc requiratur conspiratio, ut ruptis vinculis, effracto carcere evadant, ut hic et in dict. l. *in eos*. Lex ergo Ordinamenti in lib. 8. tit. fin. cum dicit: *tudo ome que fuyesse de la cadena, vaya por fechor*, intelligi debet juxta istam l. quando fuga fit cum conspiratione.

(2) *En vna carcel, o en vna prision*. Veluti se per cameras sunt distincti, et quælibet camera suam habeat custodiam, facit l. *quæ de tota*, D. *de rei vindicatione*.

(3) *Se fuessen*. Quid si non perfeceerunt conspirationem, quia fortè detecta fuit, vel no potuerunt, vel noluerunt? Albericus dicit in dict. l. *in eos*, quòd habetur pro confessis de criminibus super quibus erant capti, et ita intelligit illam legem; quod non videtur admittendum, cum lex ista, et aliæ ll. regi requirant fugam à carcere; unde tunc arcibus custodiuntur, et pœna arbitraria puniuntur, secundum aliam intellectum dictæ legis, secundum Alber. ibidem.

(4) *O la mayor parte*. Hoc non habetur ita expressum in dict. l. *in eos*; unde tene menti istam legem hoc declarantem, et intellige de majori parte carceratorum illius loci, vel cameræ, ubi custodiabantur: et non exigo, quòd sit major pars omnium incarcerationum totius carceris, quando in diversis cameris et loci custodiuntur.

(5) *Sin sabiduria de los guardadores*. Hoc dicit, quia si cum scientia vel negligentia custodum hoc fieret, mitius punirentur, ut habetur in l. 1. D. *de ffractor.* ubi Angelus notat, quod pœna frangentis carcerem, quæ capitalis est, non comprehendit negligentiam commentariensis malè custodientis carceres, violentia nulla commissa, quod dicit pluries vidisse de facto; unde tales fugientes mitius puniuntur, et videtur esse ratio, quia cum intervenit scientia vel culpa custodum, invitantur quodam modo ad fugiendum, ex quo mitius debent puniri; quando verò hoc cessat, et violentia illata conspirant ad fugiendum, videntur ex conscientia sceleris id facere; unde nil mirum si habeantur pro confessis.

(6) *Que se dan por fechores*. Debet tamen constare, quòd illud crimen fuit commissum ab aliquo, l. *si is*, D. *de confess.* l. 1. §. *item illud*, D. *ad Sillanian.* nam ex vera confessione aliàs non punirentur, l. *inde Neratius*, §. fin. D. *ad leg. Aquil.* l. *confessionibus*, D. *de interrogatoriis actionibus*. Limita etiam, nisi carcerati legitimam habeant causam fugiendi, ut si de facto fuissent indebitè tori per judicem, ut tradit Alex. consil. 144. volum. 2. incipit: *post reditum consilium*. Limita etiam nisi accusatio esset inepta, et malè formata, nam licèt ineptitudo liberi non impediatur veram confessionem, tamen impedit fictam confessionem, et legalem dispositionem, secundum Bald. quem vide l. *admonendi*, col. 6. D. *de jurejurand.*

(7) *Algunos dellos*. Si intelligas quando sine conspiratione fugerunt, planè procedit; si verò referas ad supradicta, ut sic, et si facta conspiratione fugiant, est notabilis ista lex declarans dictam l. *in eos*, et quæ ibi habentur: ideo tene menti.

(8) *Segund su aluedrio*. Colligitur hic quòd fractor carceris punitur pœna arbitraria, non capitali; unde videtur corrigi l. 1. D. *de effractor.* et l. *militis agrum*, §. *ejus qui fugam*, vers. *eum tamen*, D. *de re militari*: vel dic, quòd illæ ll. procedant, quando fuit illata violentia custodibus, ut probari videtur in l. *si quis aliquid*, §. *miles*, D. *de pœnis*, ibi: *dato gladio erupit*, et ita intelligi Oldral. in dict. l. 1. et refert Alber. in dict. l. *in eos*. Et adverte, quòd si carcer esset

injuriosus, veluti si quis captus esset à prædonibus, vel infidelibus, et sic notum sit contra justitiam detineri, licitum est ei necedum rumpere et frangere carcerem, verum etiam detentores occidere, si non potest aliter evadere. Vide per Lucam de Penna in *cap. prohibitum*, v. *sed pone*, C. *de jure fisc.* lib. 10. et quod notat Gloss. in Clement. *postoralis*, de *re judic.* super verbo *per violentiam*: et quid si detineatur à malis iudicibus, vide per Lucam, ubi supra.

LEY XIV.—Que pena merecen aquellos que por fuerça sacan algund preso de la carcel, o de la prision.

Atreimiento muy grande faze el que saca por fuerça algun preso de la carcel, o de la cadena que es fecha por mandado del Rey. E porende mandamos, que si alguno fuere osado de sacar preso de la carcel del Rey, o de algun Adelantado, o del Comun de algun Concejo, o de otra prision qualquier, en que fuesse metido por mandado del Rey (a), o de alguno de los otròs que han poder de judgar por el; que deue recibir tal pena, qual deuia recibir (1) aquel que fue ende sacado por fuerça (b). Otròs mandamos, e defendemos, que los Carceleros non sean osados de demandar, nin tomar carcelaje (2) a los que fueren presos, non auiedo fecho por que; mas luego que los Judgadores los mandaren sacar, los dexen yr en paz, e non les demanden por esta razon ninguna cosa; mas deuenlo pechar aquellos que los acusan e los mesturaron, por que ouieron de ser presos.

(a) El Rey non puede administrar justicia. Véase nuestra nota 2.ª á la L. 52, tit. 18, P. 3.

(b) Hoy deben imponerse las penas determinadas en el artículo 190 del Código penal de 1848.

LEY XIV.—Si quis per violentiam auferat captum à carcere seu à vinculis, in quibus detinebatur, ea pœna, qua ipse captus puniendus erat, affligetur. Item custodes non petant, neque aliquo modo audeant exigere jus carcerarii ab eo qui reperitur inculpabilis; sed ab accasantibus vel denuntiantibus injustè, id petere justè possunt. Hoc dicit.

(1) *Deuia recibir*. Concordat cum l. 1. C. *de his qui latron. occult.* quam ad hoc allegat Bart. in l. 1. §. 1. D. *ne quis eum qui in jus vocat. est vi exim.* et hæc regularis pœna eximentis criminis à carceribus: aliquando major est, ut si eximat à carceribus confesum, vel condemnatum de crimine, ubi est pœna legis Julæ majestatis l. *cujusque*, et ibi Bart. D. *ad leg. Jul. majest.* quod limitat Joan. Fab. in §. *pœnalis*, col. fin. *Institut. de action.* quando erat captus de mandato Imperatoris, seu ab ipso Imperatore, quod Jaso ibi, col. 15. refert. nota aurea dignum; dubitat tamen de eo propter generalitatem dictæ l. *cujusque*. Vide tamen ibi Gloss. quæ in una expositione voluit, ut procederet in capto ex crimine læsæ majestatis; et ista approbatur ex lege Partitarum supra ead. *Part.* tit. 2. l. 1. vers. *la onzena*. Item si eximat reum maleficæ artis à carceribus, est pœna ultimi supplicii, l. fin. C. *de malefic. et mathem.* Item si quis eximat violentum raptorem, punitur pœna decem librarum auri, ut in authent. *ut omnes obed. jud. provinc.* §. *arripiant*, et §. fin. Si verò quis non reum criminis eximat à carceribus, sed eum qui erat carceratus pro debito publico vel privato, tunc eximens tenetur solvere de proprio, ac si fidejussor esset exempti, l. *quotiens*, C. *de exactor. tribut.* lib. 10. et procedit etiam si talis exemptus denno incarcerationetur, Gloss. in dict. l. *quotiens*, et Salicet. in l. *in bonæ fidei*, col. 6. C. *de rebus credit.* et in l. *admonendi*, D. *de jurejurand.* si verò eximatur à carceribus, qui neque sit reus criminis, neque debitor, seu pro debito carceratus, tunc mulcatur à giudice pecuniariter: hæc tradit Jaso in dict. l. 1. §. 1. D. *ne quis eum qui in jus vocat. est vi exim.* col. fin. et tene menti, quia Bartolus diversimodè loquitur in hoc, et Angelus Aret. in tract. *malefic.* in parte *fama publica*, col. 9. et 10. et Lucas de Penna in dict. l. *quotiens*.

(2) *Carcelaje*. Tene menti istam legem et adde l. 12. tit. 13. lib. 4.

T. IV.

For. LL. et l. tit. 14. lib. 2. *Ordinam. Regal.* ubi quid in curia Regis: et vide in volum. *Pragmaticar. in aranzellojurum algazelli*, cap. 1.

LEY XV.—Que pena deuen auer aquellos que fazen carcel de nueuo sin mandado del Rey (a).

Atreuidos son a las vegadas omes y ha, a fazer sin mandado del Rey carceles en sus casas, o en sus Lugares, para tener los omes presos en ellas; e esto tenemos por muy gran atreuencia, e muy gran osadia, e que van contra nuestro Señorío los que desto se trabajan. E porende mandamos, e defendemos, que de aqui adelante ninguno non sea osado de fazer carcel (1) nueuamente, nin de vsar della, maguer la tenga fecha. Ca non pertenece a otro ome ninguno, nin ha poder de mandar fazer carcel, nin meter omes a prision en ella, sin non tan solamente el Rey, o aquellos a quien el otorga que lo puedan fazer: assi como sus Oficiales, a quien otorga, e da su poder, de prender los omes malfechores, e de los justiciar; e a los Juezes de las Cibdades, o de las Villas, e a los omes poderosos, e honrrados, que son Señores (b) de algunas tierras, a quien lo otorgasse el Rey que lo pudiesen fazer. E si otro de aqui adelante fiziere carcel por su autoridad, o ceto, o cadena, sin mandado del Rey, e metiesse omes en prision en ella (2), mandamos que muera por ello (c); e los nuestros oficiales, do fiziesen tal atreimiento como este, si lo supieren, e lo non escarmentaren, o lo non vedaren (3), o lo non fizieren saber al Rey, mandamos otròs, que ayan aquella mesma pena (d). Pero si algunos quisieren fazer cepos en sus casas para guardar sus Moros (4) catiuos, bien lo pueden fazer sin mandado del Rey, e non caen porende en pena; pues que lo fazen para guardar sus catiuos en que han señorío, e lo fazen porque non se fuyan a tierra de Moros (e).

(a) Títulos 38 y 39, lib. 12 de la N. R.

(b) Los señoríos jurisdiccionales han desaparecido completamente. Véanse las disposiciones que hemos citado en la nota á la L. 52, tit. 6, P. 1.

(c) Ya no se cometen estos delitos, que han desaparecido por la mejor organizacion de la sociedad. Los reos, sin embargo, de *detenciones ilegales*, incurren hoy en las penas determinadas en el cap. 1, tit. 13, lib. 2 del Código penal de 1848.

(d) En la pena de inhabilitacion perpetua especial incurren hoy los empleados públicos que, faltando á las obligaciones de su oficio, dejaren maliciosamente de promover la persecucion y castigo de los delinquentes. Art. 264 del Código penal.

(e) No se conocen ya estos cautiverios.

LEY XV.—Qui audet facere privatum carcerem, jus domini regii usurpat, quia nulli licet facere novum carcerem, nisi de mandato Regis, ut Officiali, Civitati, aut Judici loci, qui habent potestatem ab eo capiendi et puniendi: et si aliquis contrarium faciat, et aliquem capiat, et ponat in eo, capite punitur: et Justices hoc corripere negligentes, aut Regem non certificant, eadem pœna affliguntur; sed ad tenendum proprios servos ne fugiant, licet domino cypuni in domo tenere. Hoc dicit.

(1) *Fazer carcel*. Habere carcerem est publici juris, et meri imperii, et non convenit privatis, neque est concessibile, l. 2. D. *de orig. jur.* Bald. in authent. *sed omnino*, col. 2. C. *ne uxor. pro marit.* Bald. in l. *imperium*, col. 4. D. *de jurisd. omn. judic.* adde l. 2. C. *de curios. et station.* et l. 1. ibi Joan. de Plat. C. *de cohortal.* lib. 12.

(2) *E metiesse omes en prision en ella*. Ex istis verbis videtur pa-